

1365.

regni Alemannie intrusum eundem non ferentes tam
ecclesiastici quam seculares nec non civitatum popularium
communitates ¹⁾ circa Renum positi exercitum copiosissi-
mum ~~et~~ militaris potentie adimantes, quibus etiam tunc
cum exercitu accessit Carolus ~~et~~ imperator, prefate soci-
ti sive compagne in primo sui accessu cum ipsis preli-
ati in faciem restiderunt, quorum potentia et virtute
repulsi dicta societas ad sedes pristinas Gallie unde pro-
cesserunt celeris fuga redierunt. Inter hec autem fama
dicti Caroli imperatoris apud principes et populos Aleman-
nie multum suspecta fuit, quod videlicet de occulta
connivencia prefate societas ad partes Alemannie acces-
sisset, quasi postquam Renum fluvium perturbasset,
ipsos mittere vellet ad terras aliquorum principum
orientalium et ad perturbandum potentiam eundem.

Circa hec tempora fama Petri illustis regis Cypri de
probitate armorum et militaris glorie apud multas Eu-
rope provincias et populos longe lateque plurimam
vulgabatur. Cui quidem in iuvenilitas ^{a)} sue etatis annis
contra inimicos fidei Christiane Turcorum scilicet
populos potens sibi bellum assumens multa etiam
loca depopulans et civitates expugnans sepius de
ipsis auxiliante domino triumphavit. Idem denique

^{b)} coita ^{a)} cod. ^{a)} iuvenilibus cod.

^{a)} Rex Cypri in marg. cod.

Leipzig in Folio 1363.
Grimm 2, 38.